

1367

C O D I C E S

1368

*ne redarguit dicens. In principio erat uerbum &c. Interrogationes ultimae sunt, quid per sublimitatem, latitudinem, longitudinem et profunditatem crucis significetur, quibus subscriptum: *Explicit Liber Sancti Iohannis Evangeliste.**

V. fol. 138. *De Evangelio Sancti Mathei.* Tractatio superiori gemina, nisi, quod nulla habeat *περὸ λεγομενα*, et statim Textum ipsum sic aggrediatur: *Quare Beatus Matheus nullam sanctarum feminarum in genealogia Domini posuit, nisi eas quas sacra reprehendit scriptura. uidelicet thamar. raab. ruth. atque betsabée? Thamar namque reprehendit de fornicatione concubitu. Raab uero quia hierosolymitana meretrix fuit. Ruth moabitica. adultera betsabée. &c. Sanctus euangelista matheus ideobas mulieres in genealogia domini descripsit. ut per hoc demonstraret quia dominus propter peccatores de celis ad terras descendit &c. Brevior multo est haec Matthaei Defloratio praecedente, fortasse tamen non integra in Codice; definit enim in hanc Interr. *Quid interpretatur barrabas?* Autorem in PP. lectione perquam versatum fuisse liquet, quamvis rarissime quenquam illorum nominatim excitet.*

CCCLI.

859 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 99. 12. bene scriptus et rubricis enotatus, olimque *canonicorum regularium prope mu-*

*ros ciuitatis nuffensis titulum praefert: Incipit prologus Elucidarij. Aliud Exemplum dedimus Cod. praeced. ubi prolixus hic de omnibus Fidei Capitibus Dialogus Honorio, certe Augustodunensi, tribuitur. Initium Prologi, ut ibi: *Sepius rogatus a condiscipulis (discipulis?) quasdam questiuunculas enotare &c. Initium ipsius colloquii: *Gloriose magister rogo ut ad inquisita michi ne pigriteris respondere &c. Per decursum literis miniatas Autores quidam notantur, e quibus responsa promittit Elucidator; ita Ambrosius de animalibus, Jeronimus de coniugibus, Origenes de gradibus, Eucharis de morte christi, Isidorus de Vit. Immod. Beda de infirmis et de anticristo.***

Fol. 68. *Incipit liber III. de futura uita, quamvis antecederet nec I. nec II. indicetur. Extrema sunt: *et uideas bona hierosalem omnibus diebus uite tue. M. (Magister) Amen amen amen. Cetera Cod. supra cit. expedita sunt.**

CCCLII.

Codex chartaceus lat. Sec. 172 XVI. Folior. 107. f. eleganter exaratus sine Autoris nomine hunc titulum praefert: *Confessio Fidei et doctrinae sanctae Catholicae et Apostolicae Ecclesiae Dei, circa praecipuos saltem articulos, quos Christi fidei populo pie et simpliciter proponi eidemque credere et scire expediat ac plane sufficiat. Pro indocto Clero et simplici*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11861

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1369

D O G M A T I C I.

1370

plici populo. Praefatio sic incipit: Etsi electionis uas D. Paulus Corinthios suos obsecret &c. Ex collatione manifestum fit, Opus hoc eruditum et moderatum idem esse cum eo, quod Cod. seq. lingua germanica continetur. De aetate illius constabit ex iis, quae fol. 41. de restituto Calicis usu leguntur: Id quod S. D. N. Pius quartus summus Pontifex cordi percipiens, ac multorum Christi fidelium iuxta institutionem Christi sub utraque specie communicare cupientium zelum uidens ad seruiam S. Imperatoris M^{is} instantiam, calicis communionem nedum Germanicae nationi, sed et Regno Hungariae et Bohemiae, adeoque uniuersae inclytę Austriacae Domus ditioni pie restituit. Et sicut calix in Concilio Constan. Anno Millesimo Quadringentesimo decimo quinto (15) die Junij Laicis omnibus ademptus, ita anno 1564. die 18. eiusdem mensis Junij praefati calicis restitutio auctoritate Pontificis nec non iussu S. Imperatoris M^{is} et R^{mi}. Domini Nunciij Apostolici (Zach. Delfini) Viennae Austriae in Ecclesia Cathedrali per R^{mu}m Dominum Episcopum Gurcensem (Urbanum) Viennensis autem Episcopatus tunc administratorem, magno Christi fidelium gaudio et applausu publice promulgata est &c. Fridericum Staphylum autorem habeo, dum quis certiora doceat.

CCCLIII.

¹¹² Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 133. f. Anonymi

Theologi Catholici Summam Doctrinae Christianae Plebi proponendae continet hoc titulo: Von Christlicher Leere vnfers Haylwertigen Glaubens, auch der Hochwierdigen Sacramenten vnd andrer Kyrchen Satzungen vnd Ceremonien, wie die dem Christglaubigen volckh Zue Irem hayl kburtzlich vnd aynfaltiglich fürgetragen werden möchten. Für die vnerfarne Priester vnd Aynfaltigen layen. Definitur XXVI. Capitibus, quorum primum de Doctrina Christiana in genere incipit I. Sollen die Ordenlichen Seelsorger vnd Predicanten des Hayligen Pauli beuelch trewlich warnemen vnd nachuolgen &c. Ultimatum agit de Potestate Episcoporum. C. XVII. fol. 66. laudatur Deus, quod sublato tandem dissensu a Capite Ecclesiae indultus fit calicis usus, quem cum Pius IV. anno 1564. indulserit, de aetate hujus Tractatus statuet. C. XXIV. de Jejuniis fol. 123. perpendi vult Noster, an non, faltem usque ad definitionem Concilii cujusdam generalis, Praeceptum Ecclesiae de non edendis carnibus in seriam adhortationem converti, et res cuiusvis conscientiae relinqui possit. C. item XXV. de Votis monasticis fol. 129. in arbitrio Praesidum (der hohen Obrigkbayt) reponit, velintne Professionem religiosam ad certum tempus limitare, permittereque, ut exacto vigesimo quarto aetatis anno liberum sit, e claustris discedere. &c. Finit: Vnd dis alles vnd iedes, so obsteet,

L 2